

Ataeta philologica et archaeologica.

1. Ad Aeschyli Eumen. v. 66 ἔχθροῖσι τοῖς σοῖς οὐ γενήσομαι πέπων in codice Laurentiano scholion extat hoc: γράφεται πρέπων. οὐχ ὅμοιον· αἱ μὲν γὰρ καθεύδονσιν, ἐγὼ δὲ ἔγραψορα. Sed legendum est ὅμοιος pro ὅμοιον, nam explicatur lectio οὐ πρέπων. Qui hanc, etsi perperam, tutatus est, usum πρέπειν verbi in animo habuit, qualis in Aesch. Suppl. 289 πρέποντα βουθόρῳ ταύρῳ δέμας, Eur. Bacch. 917 πρέπεις δὲ Κάδμον θυγατέρων μορφὴν μιᾶς aliquis cernitur.

2. In declamatione rhetoris ignoti, quam Cramer in Anecd. Oxon. vol. III e codice Barocciano 167 edidit, p. 223, 1 sq. locus extat καὶ μὴν εἰ ταῦτα τοιαῦτα, τί μὴ κἀκ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν καὶ τεχνῶν ἔαντόν γε παρονομάζεις καὶ μουσικὸν καὶ ἴατρικὸν καὶ γεωμετρην καὶ ἀστρονόμον; τί μὴ ὑποκοίνη τὸν Φρασιμήδη; τί μὴ Χαρώνδαν τὸν ἐκ Κατάνης; ὃν δὲ μὲν διήνεγκε τῶν λοιπῶν τὴν ἀγαλματοποιητικήν, δὲ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν οὐ μικρὰ ταῖς νομοθεσίαις ὡφέληκε, de quo quae olim Welcker (Mus. Rhen. n. s. VI 401: 'Dieser so sehr hervorgehobene Bildhauer ist unbekannt, der Name selbst Φρασιμήδης, d. i. Φρεσιμήδης, kommt im Masc. sonst nicht vor.

Daher vermuthe ich, dass mit einem Aeolismus in der Aussprache Θρασυμήδης gemeint ist¹) protulit (cf. Brunnii hist. graec. artif. I 621) nullo pacto probari possunt. Legendum est τὸν Φρασι- μήδης et intellegendus Daedalus, δέ Εὐπαλάμον καὶ Φρασιμήδης, ἀγαλματοποιός ἄριστος, ut ait scholiasta ad Plat. de rep. p. 218, 9 B.

3. Neque magis ego ferendum duco statuarium Thalem, qui nunc circumfertur¹ secundum unum locum monodiae Theodori Hyrtaceni, quam edidit Boissonade Anecd. Gr. I p. 264 "Ἐλλῆνες Φειδίαν Θαλῆν τε καὶ Ἀπελλῆν, τὸν μὲν λιθοξούχης, τὸν δ' αὖ πλαστικῆς, Ἀπελλῆν δὲ γραφικῆς ἐνεκα καὶ τῶν ἐκεῖθεν χωρίων ἐθαύμαζον" μικροῦ γάρ ὡς ἐμψύχους καὶ σχεδὸν ἀλλομένος τὰς εἰκόνις ἀνεστήλουν (corr. ἀνεστήλουν) καὶ ταυτάς (corr. τὰς αὐτὰς) τοῖς πρωτοτύποις. Nam rhetorem istum, qui sub initium saeculi decimi quarti floruit, statuarium Graecum, ut memorabilem, quin etiam ut Phidiae et Apelli parem, laudasse, de quo nos nihil noverimus, credat Iudeus Apella. Θαλῆν cedere iubeo Polycleto, non quod Πολύκλειτον in Θαλῆν corruptum esse ratione prorsus incredibili opinarer, sed quia statuo Θαλῆν in codice primum perperam pro ἀπελλῆν scriptum, deinde hoc supra illud positum esse, denique Πολύκλειτον aut, ubi de tribus tantum artificibus sermonem esse perspectum est, de textu sublatum aut omissum esse. Πολύκλειτον autem ut prōponam, moveor auctoritate loci, quem secutus mihi videtur Theodorus, Dionysii Halic. de Dinarcho c. 7 καὶ τούτῳ τῷ παραγγέλματι οὐ δήιορες μόνον δήιορας διαχείρισσον, ἀλλὰ καὶ ζωγράφοι τὰ Ἀπελλοῦ καὶ πλάσται τὰ Πολύκλειτον καὶ γλυφεῖς τὰ Φειδίουν, a quo etiam Apollin. Sidon. ep. VII 3 hac enim temeritate Apellem peniculo, caelo Phidiam, malleo Polycletum munera-remur pendere videtur.

4. Apud Plinium Nat. Hist. XXXIV § 83 *Theodorus*, qui labyrinthum fecit, Sami ipse se ex aere fudit, praeter similitudinis mirabilem famam magna suptilitate celebratus. deatra limam tenet, laeva tribus digitis quadrigulam tenuit translatam Praeneste, tanta parvitas, ut miraculo pictam eam currumque et aurigam integeret alis simul facta musca pro miraculo pictam legendum duco miraculo dignum, quod et litterarum traditarum ductibus et elocutioni Plinianae² etiam magis convenire videtur quam quod Diltheyus³ proposuit: *mirabile dictu.* reliqua quae proposita sunt omnino displicant.

5. Apud eundem lib. XXXIV § 60 legitur: *fuit et alias Pythagoras Samius, initio pictor, cuius signa ad aedem Fortunae huic die septem nuda et senis unum laudata sunt. hic supra dicto (Regino) facie quoque indiscreta similis fuisse traditur. sed in facie indiscreta offendit; certe, quae fere Brunnii l. l. I*

¹ Raoul-Rochette, lettre à Mr. Schorn p. 414. Brunn, Geschichte der Künstler II 158. Overbeck Schriftquellen p. 142 n. 789.

² Cf. XII 9 (*platanus*) *agros longis obtinens umbris, ac ne quid desit speluncae imagini, saxe intus crepidinis corona muscosos complexa pumices, tam digna miraculo, ut Licinius Mucianus — prodendum etiam posteris putaverit etc.*

³ Cf. Benndorf in annual. gymnas. Austriac. a. 1873 p. 401.

116 ('durch grosse Hässlichkeit des Gesichts ähnlich') sententia fuisse videtur, *capite indiscreto cancerorum, de quo noster XI 129: capita, inquit, piscibus portione corporum maxima, fortassis ut mergantur. ostrearum generi nulla nec spongiis nec aliis fere quibus solus ex sensibus tactus est. quibusdam indiscretum caput, ut canceris, defendi non potest. et facili mutatione scripserim indiscrete, quo similis augeatur, ut noster XXXV § 88 de Apelle, imagines, inquit, adeo similitudinis indiscretae pinxit, ut etc., et XI § 174 multis vero talis ars eius contingit, ut arium et animalium vocis indiscreta edatur imitatio.* Fortasse id ipsum quod Plinius de indiscreta similitudine tradit haustum est e duabus vel pluribus imaginibus Pythagorae statuarii eiusdem Samii et Regini. Statuae Euthymi artificem Reginum habuit Pausanias VI 6, 6 coll. 4, 4, Samium nominat titulus Olympiacus 127 (Arch. Zeit. 1878 p. 82).

6. Apud Libanum in laude Demosthenis IV 951, 23 θαυμαστὸς δὲ Περικλῆς, ἀντηγωνίζετο γὰρ τοῖς Λακεδαιμονίοις, τοῖς Ἀργείοις, τοῖς Μελίταις τοῖς οὐκ ἀναμιέξαι προδοσίαι πολέμοις προΜελίταις legendum videtur Μεγαρεῦσι. Cf. Schol. ad Arist. Pac. 605.

7. Apud Tatianum in or. ad Graec. § 34 verba quae Otto ita edidit πῶς γὰρ οὐ χαλεπὸν ἀδελφοτονίαν παρ' ὑμῖν τειμῆσθαι, οἱ Πολυνείκους καὶ Ἐπεοκλέους ὅρῶντες τὰ σχήματα, καὶ μὴ σὺν τῷ ποιήσαντι Πνθαγόρᾳ καταβοθρώσαντες; Ἐναπόλλυτε τῆς κακίας τὰ ὑπομνήματα μutanda sunt ita: πῶς γὰρ οὐ χαλεπὸν ἀδελφοτονίαν παρ' ὑμῖν τειμῆσθαι, οἱ Πολυνείκους καὶ Ἐπεοκλέους ὅρῶντες τὰ σχήματα καὶ . . . μὴ σὺν τῷ ποιήσαντι Πνθαγόρᾳ καταβοθρώσαντες ἐναπόλλυτε τῆς κακίας τὰ ὑπομνήματα; Nempe excidit nomen substantivum τὰ σχήματα synonymum et homonymum vel homoioteleton, ut μάχαις.

8. Apud Aelianum var. hist. II 44 προβάλλεται δὲ ἐντεῦθεν ἥδη τὴν ἀσπίδα καὶ γυμνὸν ἐπισείει τὸ ξίφος, φονῶντι ἐοικώς καὶ σφάττειν βλέπων καὶ ἀπειλᾶν δι' ὅλου τοῦ σχήματος, διὰ μηδενὸς φεισεται pro σφάττειν legendum propono σφαγὴν. Nam Ἀρην a litterarum traditarum similitudine nimis recedere videtur.

9. Apud Pausaniam VI 3, 4 ἐφεξῆς δὲ ἀνάκειται μὲν πάκτις ἐκ Λεπέδου τοῦ Ἡλείων, Λάβαξ Εὔφρανος, ἀνάκειται δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς Ἡλίδος παλαιστὴς ἀνὴρ Ἀριστόδημος Θρασοῦδος γεγόναι δὲ αἰτῶ καὶ Πνθαρί δίο τίκαι. ἡ δὲ εἰκὼν ἔστι τοῦ Ἀριστοδήμου τέχνη Διαδάλου τοῦ Σικυωνίου, μαθητὸν καὶ πατρὸς Πατροκλέους verba ultima μαθητοῦ καὶ πατρὸς Πατροκλέους pro sanis haberri non possunt, quippe quae nihil aliud nisi 'discipuli et patris Patroclis' significare queant. Schubartus sane in praefatione editionis Teubnerianaee p. XXIII contrarium, id est Daedalum filium Patroclis, ex iis extricasse sibi visus est, at minime id probant loci quos e parte Siebelisii vestigiis insistens vir de Pausania optime meritus protrulit hi: VI 3, 6 Σικυώνιος Κάνθαρος, Ἀλέξιδος μὲν πατρός, διδασκάλου δὲ ὁν Εύνυχίδον, VI 4, 5 Σάτυρος Ἡλείος Ανσιάνακτος πατρός, γένους δὲ τοῦ Ιαμιδῶν, VI 9, 5 ὁ Γέλων οὗτος πατρός τε διμωνίου τῷ τυρρανῷ καὶ αὐτὸς διμώνυμος, quibus addere possis

V 17, 2 Θεοκλῆς Λακεδαιμόνιος πατρὸς Ἡγύλου. Nam his locis eius quam noster praebet offensionis nullum est vestigium: diversam dico unius genetivi *Πατροκλέοντος* relationem, qui, si ratio Schubarti probanda esset, simul a μαθητοῦ penderet, simul huic, ut καὶ particula copulatus, coordinatus esset, ut grammatici dicere consueverunt. Quin etiam est cur dubites, utrum Pausanias hoc loco aequae atque illis πατρὸς usurpaturus fuerit, quoniam nomen, ad quod refertur, et ipsum in genetivo casu (*Δαιδάλον*) positum est. Atque hae, ut conicio, offensiones tantae visae sunt reliquis huius aetatis editoribus, ut verba καὶ πατρὸς delenda censerent. At Patroclém et magistrum et patrem Daedali fuisse non solum titulo Ephesio (C. I. Gr. 2984), ad quem Schubartus provocavit, sed etiam Olympiaco (n. 221 Arch. Zeit. 1879 p. 45; cf. n. 287 p. 145) firmatur. Itaque ut de emblemate cogites fieri iam non potest. Sed¹ mutatione leni locus sanatur. Fac tu ponas *Πατροκλέοντος* quod statim sequitur librarium codicis archetypi in errorem induxisse, ut πατρὸς pro παιδὸς scriberet. Ac ne ordinem μαθητοῦ καὶ παιδὸς mireris, conferas cum V 27, 8 δοκεῖν δέ μοι τοῦ Ὄνατα μαθητῆς ἦ παῖς ὁ Καλλιτέλης ἦν tum V 24, 5 Ἀριστοκλῆς μαθητῆς τε καὶ νιὸς Κλεοίτα. Nempe Pausanias hic, ut alias, titulorum vestigia tenuit.

¹ Si cum Gedoynio καὶ ante πατρὸς deleatur, intolerabilem existere orationis formam recte Siebelius monuit.